

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 6409

**Auteur(s) :** Hugues de Morville, Coutances (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Rouen, Saint-Lô (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1237

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Acte de réunion des deux portions de la cure d'Agon en un seul bénéfice, par Hugues, évêque de Coutances.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses priviléges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° LXIII, p. 393-394.

Texte établi d'après a

Universis XPI fidelibus presentes litteras inspecturis H. Dei gratia Constanciensis episcopus eternam in Domino salutem. Noveritis quod cum in ecclesia S. Ebrulfi de Agon duo essent antiquitus vicarii per septimanias alterna voce deservientes nec sibi invicem obedientes in aliquo licet pro indiviso quilibet eorum animarum curam ejusdem ecclesie haberet nos attendentes ex hujusmodi divisione et paritate dictam ecclesiam multociens debito servicio et obsequio defraudari et curam animarum negligi possessam ab illis communiter, altero sub pretesta alterius absentante pensata utilitate et honestate ejusdem ecclesie de consensu speciali septem canicorum (sic) Constanciensium necnon prioris et conventus S. Laudi Rothomagensis ad quos ejusdem ecclesie jus patronatus dictis canoniciis pro medietate et dictis priori et conventui pro alia noscitur pertinere duas vicarias auctoritate episcopali univimus statuentes ut de cetero unicus rector sit in eadem ecclesia possessurus pacifice et integraliter quicquid predicti duo vicarii possidebant antiquitus videlicet totum altalagium et decimam Hamelli de Costainville cum decima piscium prout dicti vicarii possidebant et cum redditu et terra elemosine ad predicte ecclesie presbiterium pertinente salva pensione octo librarum turonensium dictis canoniciis Constancensi et dictis priori et conventui pro equis partibus a dicto rectore nomine altalagii annuatim persolvenda medietate una ad ferias Montis martini, et alia medietate ad festum Beate Marie Salvo etiam jure patronatus pro media parte dictis Priori et conventui una cum predictis septem canoniciis ad quos altera spectat medietas ita ut cedente vel decedente Thoma Herichon rectore ejusdem ecclesie cuius temporibus fecimus unionem eidem integrum beneficium assignantes predictum nobis ab eodem priore et conventu presentatum possint canonici Constancienses predicti presentare ad totum dictum beneficium quem voluerint non obstante contradictione dicti prioris et conventus ab episcopo Constancensi ad mittendum. Quo item cedente seu decedente dicti prior et conventus absque contradictione dictorum canonicii Constanciensium poterunt presentare clericum ad idem beneficium ab episcopo loci ut dictum est ad mittendum et sic debet alternativam in perpetuum observari. Hoc excepto quod quicunque predictum beneficium a quoconque presentetur possidebit tenebitur fidelitatem facere de juribus suis conservandis tam dictis canoniciis Constanciensi quam priori et conventui S. Laudi et de canonica obedientia facienda prout est antiquitus observatum Salva etiam dictis canoniciis Constanc. [ ] medietate omnium decimarum parrochie

de Agon et alia medietate predictis priori et conventui S. Laudi extra predictum Hamellum de Costainville et sciendum quod dictus Thomas Herichon vel qui ejusdem ecclesie rector fuerit in futurum secum alium tenebitur habere presbiterum ut duo sint ibi perpetuo presbiteri Nolumus enim qui ecclesie ille consulere ex hac ordinatione decrevimus officio debito predictam ecclesiam defraudari et nos quidem hanc ordinationem et unionem de consensu capituli nostri fecimus qui sigillum suum una cum sigillo nostro presentibus litteris ad eternam hujus memoriam apposuerunt. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo.